



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De Liuonia, Prusia, & militibus marianis. Cap. Octauu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

De oim gentiū ritibus.

De Liuonia, Prusia, & militibus marianis. Cap. Octauū.

Liuonia veræ fidei cultrix, Ruthenig ad septentrionem prætenta, & ipsa Sarmaticis finibus, Tartari Scythicum hominum genus crebrius incur-
Milites mariani. **L**ant Liuonianos ad Christi cultum milites nostri traxere, quum antea nullum nisi malorum dæmonum nouere, sæpius vario euentu de regni possessione in ea terra bellatum. Sarmaticum mare ab occasu, sinusq; incomper-
Cymbrica Cherfonesus hodie dacia **C**herfoneso, quam Daciam hodie vocant: Circa sinum ad septentrionem semifere gentes sunt, cum quibus nullum est lingue commercium, nutu & signis permutant merces, Prusia, vnde Pruteni, terra hodie Germaniæ & Sarmatiæ particeps a meridie illi occurrit. Eam terram, si Ptolomæus verus author est, vistula perluit a Torno oppido Gedanum vsq; quo in loco Baltheo mari infunditur: ad Sarmaticum oceanum extensa citra Vistulam, vltra Germaniæ est: ad orientem solem & meridiem Masouie sunt, & Poloni accollunt: ad occidentem Saxones. Prusiæ solum ferax est, maximeq; frugiferum, irriguum, frequens cultus: Regio amena & pecoris abundans, piscatus venatioq; multa. Vlmerigi eam terram tenuere, quum Gothi ex Scandinauia insula egressi sunt in continentem, vt Iordanes scripsit, Ptolomæus Amaxobios, Alaunos, Venedes & Githones penes Vistulam habitasse author est. Malorum & hæc cultrix fuit vsq; ad secundi Fœderici tempora, Deiparini milites, qui & Mariani dicuntur, post Ptolomaidem in Syria amissam in Germaniam reuersi viri videlicet nobiles & rei militaris periti, ne per otium marcerent eundem accedentes. Prusiam Germaniæ conterminam Christi cultū spernere dixerunt: sæpe illius gentis homines in Saxones cæterosq; vicinos excurrere ingentem vim pecorum abigere, esse in animo sibi compescere barbaram gentem, annuat tantum Imperator, prouinciamq; fratribus perpetuo iure possidendam tradat, si eam armis acquirant. Iam enim Masouie duces, qui eius se terræ dominos affirmabant, ius suum fratribus concesserant. grata oblatio Fœderico fuit, qui collaudato proposito, quas voluere fratres sub aurea bulla literas concessit: illi sumptis armis breui tempore quicquid Prutenici iuris citra & vltra Vistulam fuit subegere: subactam ac bello quaesitam, suæ ditionis fecere: victa gens Christi fidem complexa est: & cum fide Teutonicam linguam. Fuit ad Vistulam amnem quercus vbi victrix gens a principio castellum erexit, mox vt sunt res hominum, quæ tenui principio in maius augentur, oppidum frequenti cultu adoleuit Marienburgū dixerunt. Caput gentis est, atq; sedes eius, qui vniuersi ordinis magisterio, fungitur. Sacra huius militiæ origo Teutonica est: nec quisq; nisi Teutonicus his sacris initiatur: atq; idem claris ortus natalibus, & cui proponitur, vt aduersus sacratissime crucis hostes paratus sit omni tempore dimicare: albo pallio amicitur, nigra cruce insurat: omnes alunt barbam, præter eos qui sacris operantur, & sacerdotes sunt: dominicam orationem milites ipsi pro canonicis horis vsurpant: neq; literas discunt: diuitijs abundant: nec minor q̄ regibus po-

Vlmerigi
Gothi ex Scandinauia
Amaxobij
Alanni
Venedes
Githones
Deiparini
milites

Prusia quō
ab ordine
teutonico ac
quisita

Masouie ducēs

Marienburgū

Ordinis militiū
teutonicorū.

Vestitus militum Teutonicorū.

tentia. Sæpe cum Polonis de regni finibus acceptis atq; illatis cladibus cō-
tendere, nec totis viribus belli fortunam experiri recusauerunt. Est Prusliæ
atq; Lithuanix contermina regiuncula, quæ Samogithia dicitur, syluis & flu-
minibus circumseptâ, quinquaginta milliariū longitudine: citius gentes pro-
cere & pulchræ staturæ, agrestes tamen moribusq; inculti. Matrimonia plu-
ra cōbrant, & absq; sanguinis respectu, patre mortuo filius nouercam; frā-
tre frater glotem in vxorem accipiunt. Æs nullum habent, humiliter ædifi-
cant, ex limo culmoq; tuguria in carinarum aut galearum formam, in quorū
culminibus fenestram vnâ faciunt tam patentem, vt toti ædificio lucem su-
perne præbeat. Focus perpetuo igne in singulis vnus, circa quem familia vni-
uersa sedens, nō solum vt cibos coquat, verum etiam vt vehemens frigus, quo
pro maiori anni parte terra hæc congelata constricta q; iacet, propellat. Va-
poraria seu stubas habent nullas. Gens ad diuinationem & auguria inclina-
ta, præcipuum ei numen ignis, quem sacrosanctum perpetuumq; esse per-
suasum habuerit, q; in ædico colle ad fluuium Neuyala assidua lignorū lug-
gestione per sacerdotem aleretur. Vuladislavus Polonix rex, qui eam ad Cri-
sti fidem compulit, illum vnâ cum turri, in qua conseruabatur, extinxit disse-
cit, & syluas quas non minori religione q; ignem sanctas, proq; deorū ha-
bitaculis Sarmatæ iuxta poeticum illud habitauerunt dñ quocq; syluas colebat,
& nedum syluas, verum quocq; quid quid eas subiisset sanctū minimeq; vio-
landum censebant, vt aues erant & feræ. Malorum dæmonū præstigio vio-
lantes eas statim in manibus & pedibus contrahebantur. Erant in his syluis
singulis familijs suus focus & sacra domus constituta, in quibus defunctorū
suorum corpora cum equis sellis & meliori eorum vestimento comburere
mos fuit. Conuenire eos noctū credebant, ideoq; sedilia ibi ex tubere con-
texta disposita, in quibus optimus mædo escæq; ex pasta in casei forma omni
tempore large subministrabatur, vt ipsis velcerentur. Prima Octobris die in
his syluis maximum festum peragebat, ex omni regione vniuersus populus
congregatus, quæq; familia in sua casula cibo & potu, vt melius potuit, pa-
trio instituto indulgebat, tum ad focos dñs in primis quem Perkunio. i. toni-
trūm dicebant libabant. Cum Lithuanis & Polonis linguam vnâ habent,
nâ & Polonico sermone sacerdotes eis in ecclesijs prædicant, Romanæ ec-
clesiæ morem obseruant, licet Rhuteni alij ad meridiem & Moscouitæ ad se-
ptentrionem habitantes Græcorum ritum teneant, obedientiamq; non Ro-
mano verum Constantinopolitano pontifici promittant. Ad septentrionem
his Moscouia præten ditur terra quadringentorum milliariorū patens: ar-
gento diues: tam valido vbiq; præsidio conclusa, vt nedum aduenæ; verum
indigenæ etiam absq; literis ducis exire atq; intrare non possint. plana omni-
no regio est, non montosa, nemorosa tamen, & vt plurimum paludiosa, plu-
rimis maximis fluminibus Occa, Volha, Dzutina, Borysthenesq; & Dine-
per irrigua: piscibus ob id varijs, & feris abundat, quemadmodum Lithua-
nia, a qua nō multum discrepat, nisi q; frigidior est, quia septentrionalior. Vn-
de pecora parua habet, & communiter mutila. Moscuia metropolis regionis

Potentia or-
dinis reuol-
uitorum
De Samogi-
thia & gētis
moribus.

Matrimonia

Ædificiū in
usu.

Ædificia
Perpetuū fri-
gus.

Diuinationem
vacant Sa-
mogithæ.
Ignis sacro-
sanctus

Syluæ sacra
sanctæ

Malorum dæ-
monū præsti-
gia

Superstitione
eis admiranda

Festiuitas.

Sermo.

De Moscouia
& Moscoui-
tis.

Flumina in
Moscouia

Moscuia ciui-
tas maxima

De oim gentiū ritibus.

Mosca aīnis duplo maior q̄ Praga Boemiæ: lignea, vt alię ciuitates. ædificia habet, multas plateas, sed dispersas, latissimi campi interiacent. Mosca annis ipsam intersecat. arx in medio vr̄bis in plano sita, septemdecim turribus & tribus propugnaculis adeo pulchris & validis, vt similia vix reperiantur. Sedecim in ea arce ecclesiæ, quarum tres sanctę Mariæ, sancti Michaelis, & sancti Nicolai muratę cæterę omnes ligneæ. Tres quoq̄ in ea amplissimæ curiæ in quibus nobiles aulici morantur: palatium in quo dux est Italico more constructum pulcherrimum, sed non amplum. Multos nobilissimos ducatus habet, ex quibus ingruente bello plusq̄ ducentena millia hominum duobus aut tribus diebus contrahunt. Aqua genti potus & medo liquorq̄ fermentatus, quem quassetz vocant. arant ligeno aratro: frondibus arborum aut spinis arpicant: segetes propter longum frigus, raro maturescunt: ideoq̄ in stubis deficcant, tritantq̄, aromatibus & sublimatis calfactorijs contra frigus varijs vtuntur, De auena & melle aquam ardentem siue sublimatum faciunt, & lacte etiã adeo forte vt sapius ab eo inebriantur. Vino & oleo carent. Ne inebriantur inebriantem potum omnem terræ princeps capitis pcena prohibuit: bis aut ter tamen in anno conceditur. Monetam habent argenteam maiorem & minorem, non rotundam, sed quadrangularem oblongam. dzuuingis hanc dicunt. Sclauonica lingua loquuntur. Dectam & religionem cum Græcis vnã obseruant. Episcopi eorum patriarchæ Constantinopolitano subsunt, & ab eo confirmationem postulant. Christum adorant, præter Kosanenses, qui cū Sarracenis Mahometum venerantur, & Scythas quosdam alios, ad septentrionem, qui linguis proprijs loquuntur, & idola colunt, Imprimis vnum, quod Zlora baba dicunt. i. auream vetulam, tanta veneratione, vt nemo id pertranseat, quin saltem pilo ex veste tracto, si aliud nihil habeat, coram eo prostratus pro oblatione proijciat. His populis quãuis sermo sit vnus, Sclauonicus videlicet, est tamen adeo impar, & externis linguis hic & alibi confusus, vt mutuo non plane intelligant. Idololatriæ tempore pontificem maximum vnum habebant, quem Criue nominabant, in ciuitate Romouea (Roma dicta) habitabat. Communis gentibus illis mos est, vt non solum seruos vt pecora, sed etiam filios, & semetipsos vendant, & abducere q̄ longissime patiuntur, ob victus tantummodo sufficientiam, quamuis grossissimis cibis vescantur.

De Polonia, Polonorumq̄ recentibus moribus. Caput Nonum.

Sarmatia europa **P**Olonia Europæ Regio, vasta & plana, vnde & hoc nomen accepit. significat enim Sclauonica lingua, qua & ipsa vtitur: Pole planum: Sarmatia alio nomine vocata. hæc Slesię ad occidentem contermina est, Prutenis & Massouitis a septentrione, ab oriente Ruthenis, a meridie Hungaris. Carpato monte, quem Crapak accolæ vocant interiacente: hæc in partes duas diuiditur, quarum quę Saxonibus Prutenisq̄ vicina est, maior Po-